

1516. v = 17.

Sigismundus I. Rex Poloniae,
 Leonis Summo Pontifici.

17
 O Nobilis Achilles Scipio Nolanus,
 cum ob multas egregias virtutes,
 suas, tum præcipue ob summum opti:
 marum artium, quibus incumbit stu:
 dium, adeo nobis charus est, ut De or
 nando eo et augendo solliciti simus,
 speramus enim eundem non minus quã
 fratrem ejus valerium vere pieta:
 ti et religioni perinde ac Ecclesiasti:
 co Dignitati usui et ornamento ef:
 se futurum, sed cum augmentum
 Dignitatis ejus, vix prægressum su:
 um habere poterit, absque singu:
 lari gratia Sanctitati vestre. Ideo
 eundem Achillem eidem Sanctitati
 vestre literis nostris commendatum
 esse duximus, et commendamus ro:
 gantes Diligentissime Sanctitatem
 Vestram, Dignetur gratia sua pecu:
 liari eum prosequi, et in Coadju:
 torem Decanatus Ecclesie Cathe:
 dralis Vratislaviens, simul et Deca:
 natus Ecclesie Collegiate in Jo:
 goria, subrogare, ordinare, et suf:
 ficere auctoritate sua apostolica.
 Ipse quidem Scipio negotium hoc per

Pro



Procuratorem suum apud vestram
Sanctitatem sollicitaturus est. Nos
vero totum id acceptum referemus
Sanctitati vestre, si quid in eundem
beneficentie, et liberalitatis sue
contulerit, ut Dominus noster de-
mentissimus. Quem Deus pro salu-
te Ecclesie sue, quam diutissime
felicem et involumem servet. Cui et
nos et regnum nostrum commenda-
mus. Datum ~